

Hoc tam ardens studium atque cognitionem ut magis magisque accenderet ac promoveret P. Athanasius Kircherus, suasu Prænobilis ac Reverendissimi Domini Godefridi Aloysii Kinneri à Lövventhurn, Ejusdem Serenissimi studiorum Moderatoris doctissimi atque dexterimi, concinnavit Cistulam affabré ad Organi pneumatici modum elaboratam, ac variis Tabellis refertam, quibus modo facillimo, ac velut aliud agendo, tum recensitas, tum alias plerasque Mathematicas Disciplinas, per varias illarum combinationes, mutuasque applicationes, vel primum addisceret, vel, quas didicerat, firmius menti infigeret.

Hujus Organi, in decem Loculamenta divisi, & ab ipsomet Auctore novem brevissimis Libellis manuscriptis explicati, Breviarium dedi paucos ante annos in Technica mea Curiosa, à prælaudato Prænibili Domino Kinnero ad me missum. Idem Organum, Utroque lubenti animo consentiente, explico nunc uberiori præsenti Opere, cuius hæc est Synopsis.

§. II.

SYNOPSIS OPERIS.

TO tum Opus, præmissis ternis Præludiis de forma ac divisione Organi, deque compen-

A 2

diaria